

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Decem Dei Praecepta, et alia deinceps sequentia, [...]

urn:nbn:de:bsz:31-102436

DECEM DEI PRÆCEPTA, ET
 alia deinceps sequentia, quæ ad Reipub. institutio-
 nem pertinent, ex Exodi cap. 20.
 & reliquis.

DEUS hæc omnia Israelitis ad hunc modum ef-
 fatus est. Ego sum Ioua Deus tuus, qui te e-
 duxi ex domicilio seruitutis Aegyptiæ.

Deos alios nullos, præter me, habeto.

Simulachrum ullius rei, quæ extet aut supra in
 caelo, aut infra in terra, aut in aquis sub terra, ne faci-
 to, ne ue ea uenerator, ne ue colito. Nam ego sum Io-
 ua Deus tuus, Deus impatiens socij: qui parentū cul-
 pam etiam in liberos persequor, uel ad tertiam usq;
 quartamq; stirpem osorum mei: clementiaq; utor ad
 millesimã usq; stirpem erga mei amantes, meaq; præ-
 cepta conseruantes.

Iouæ Dei tui nomen inaniter ne adhibeto: neque
 enim sinet impunitum Ioua, qui eius nomen inaniter
 adhibuerit.

Diem sabbati sanctè agere memento. Sex diebus
 agito, tuaq; opera omnia patrato. Septimo autè die,
 quòd Iouæ Deitui Sabbatum est, nullum opus faci-
 to, neu tu, neu tuus filius, aut filia, neu tuus seruus,
 aut ancilla, neu tuum iumentum, neu apud te degens
 peregrinus. Nam cum sex diebus fecisset Ioua cœ-
 lum, terram, mare, quæq; in eis sunt omnia, feriatus
 est

est die septimo: qua de causa Ioua diem Sabbati fau-
stum sacrumq; fecit.

- 5 Parentem utrumq; honorato, ut diu etatem pro-
ducas in terra, quam tibi Ioua Deus tuus donat.
- 6 Ne hominem occidito.
- 7 Ne adulterato.
Ne furator.
- 9 Falsum testimonium contra alterum ne dicito.
- 10 Alterius domum ne concupiscito: alterius uxo-
rem ne concupiscito: ne ue seruum, aut ancillam,
ne ue bouem, aut asinum: nihil denique quod sit al-
terius.

Hic uniuersus populus uisis fragoribus, fulger-
tris, tubæ sonitu, & montis fumo, perterriti absce-
dere: & procul stantes, à Mose petere, ut ipse eis
audientibus loqueretur, non Deus, ne morerentur.
Quibus Moses: Ne metuite, inquit. nam ad
uos tentandos uenit Deus, utq; uos eius timor ob
oculos propositus à peccando deterreat. Igitur
procul stante populo, accessit ad illam caliginem,
ubi Deus erat. Et Ioua Mosi sic fatus est: Comme-
morato Israelitis, ut me secum de caelo uiderint
loquentem, ne præter me a deos sibi argenteos aut
aureos fabricentur. Sed mihi cespitium altare fi-
at, in quo solida sacrificia & pro salute balantibus
bubusue faciatis: quocunq; in loco mei nominis mo-
numentum posuero, ibi uos auditurus, uobisq; pro-
speraturus,

orum f.
alachra.

speraturus
quadr
mouendo
um altare
pareant.

Hæc a
Hebræum
manumitt
nummittito
Si dominu
lias procr
solus man
domini, &
cum domi
uam aut
rato, & i

Si quis
ne seruo
displicibi
traneam
eam affec
rit, eodem
liam duxe
dato. Si tr
tis, sine p
Qui h
capitule

operaturus. Quod si mihi altare lapideum fiet, ne eam quadrato lapide excitatote. nam id ferramenta ad-mouendo profanaretis. Ne ue per gradus ad me-um altare ascendiote, ne in eo obscena uestra ap-pareant.

Hec autem eis iura propones. Si emeris seruum Hebraeum, sex annos seruito, septimo autem anno manumittitor gratuito. Si caelebs uenit, caelebs ma-numittitor: sin maritus, uxor cum eo manumittitor. Si dominus ei uxorem dederit, ex qua filios aut fi-lias procreauerit, semina & nati domini sunt: ipse solus manumittitor. Quod si seruus captus amore su-i domini, & uxoris & filiorum, noluerit manumitti, cum dominus ad recuperatores adducito, eiq; ad ual-uam aut ad postem applicato, aurem subula persfo-rato, & ille ei perpetuum seruito.

Cap. 12
seruitu

Si quis filiam suam uendiderit in famulatum, ea ne seruorum in morem manumittitor. Si ea domino displicebit, nec is eam desponderit, redhibeto. In ex-traneam gentem emancipandi potestas ne esto, quia eam affecit ignominia. At si eam filio suo destinaue-rit, eodem iure cum ea, quo cum liberis, agito. Si 2 a-liam duxerit, hanc uictu, uestitu, congressu ne frau-dato. Si tria haec ei non consecerit, manumittitor gra-tis, sine precio.

a scilicet
ter ea
b scilicet
ritali.

Qui hominem pulsauerit, si is mortuus fuerit, capitale esto. At qui non captauerit, sed in cum for-to fortu-

tē fortuna incurrerit, statuam uobis locum quò confugiat. At si quis alterius necem per dolum de industria machinatus fuerit, is uel ab ara mea ad necem abstrahitor.

Qui patrem aut matrē pulsauerit, capitale esto.

at us fue rit. is apud eum inuentus fuerit, capitale esto.

Qui patri aut matri maledixerit, capitis poena esto.

Si quis alterum orta contentione percusserit lapide, aut pugno, si ille non fuerit mortuus, sed in lectum decubuerit, si surrexerit, & foras baculo innixus iuerit, percussor sine fraude esto, tantum illius cubatum & medicationem præstato.

amnum
ille à
u & me
one ac
refarci
to.
st, eius
st, u'po
mptus.
dionis.

Si quis seruum suum, aut ancillam baculo percusserit, si præsens mors sequuta fuerit, tenetor. Verum si unum aut alterum diem superstes fuerit, ne tenetor, quoniam pecunia eius est.

Si qui dimicando mulierem gravidam uulnerauerint, & abortum intulerint, si perniciēs nō fuerit, ad æstimationem mariti mulieris multa esto, & ad eam rem arbitri sunt. Sin aut perniciēs fuerit, uitam pro uita pendito: oculū pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, sugillationē pro sugillatione, uulnus pro uulnere, uibicem pro uibice.

Si quis serui sui, aut ancille oculum percusserit, eumque corruerit, eum manumittito pro oculo

lo. Et si serui sui manumittito pro

Si quem bos et is mortuus fuerit, dominus boscus fuerit petulcus, neq; tamen custodierit, & bos lapidator. Sin ei multum dato, quantum puerum petiuerit, si uero petiuerit bos, di domino soluum.

Si quis fossam iuxerit, & eod præstato: argentum tuum habeto.

Si cuius bos alius mortuus fuerit, boscum diuidunt: mortuum fuerit, bouem minus eius custodiam mortuum habeto.

Si quis bouem aut uediderit, quin tuor, balantes pro Si fur in surripit

lo. Et si serui sui, aut ancillæ dentem decusserit, eum manumittito pro dente.

Si quem bos uirum aut feminam cornu petiuerit, et is mortuus fuerit, bos lapidator, eius caro ne comestor, dominus bouis impunitus esto. At si bos antea fuerit petulcus, & eius dominus admonitus fuerit, neq; tamen custodiuerit, si uirum aut sceminam occiderit, & bos lapidator, & eius dominus morte pleclitor. Sin ei multa imponetur, tantum uitæ suæ precium dato, quantumcumq; ei fuerit impositum. Siue puerum petiuerit, siue puellam, idem iuris esto. Si seruum petiuerit bos, aut ancillam, argenti triginta sicli domino soluuntor, bos dilapidator.

Si quis fossam uel aperuerit, uel demiserit, nec obduxerit, & eò deciderit bos aut asinus, autor fossæ præstato: argentum domino illius soluito ipse, mortuum habeto.

Si cuius bos alterius bouem uulnerauerit, & ille mortuus fuerit, bouem uiuum uendunto, & eius precium diuidunto: mortuū etiam diuidunto. Aut si notum fuerit, bouem antea esse petulcum, neq; cum domino eius custodiuerit, * bouem boue pensato, ipse mortuum habeto.

Si quis bouem, pecusue cleserit, mactaueritq; aut uediderit, quinq; boues pro uno reddito, & quatuor a balantes pro una.

Si fur in surripiendo deprehensus, ictus fuerit, &

x inde

Si bos puerit.

erg

* uiuum uem pre reddito tipena.

a Oues a pras. erg
Cap. 22.

inde mortuus, homicidij pœna ne esto (nisi orto sole: tū homicidij pœna esto.) Si habet unde redat, red-
dito: sin non habet, uenditor pro suo furto.

Si deprehensum fuerit furtum penes eum, bos, asinus, ouis, capra uiuens, duplum reddito.

Si quis emissio pecore comparauerit fundum aut uineam alterius, damnum sarcito de optima parte fundi sui, aut uineæ.

Si in spinas immissus ignis, metā, aut segetem, aut messem corruerit, autor ignis detrimētū prestato.

depositi.

Si quis apud alterum, argentum supellectilium de-
posuerit, idq; de illius domo surreptum fuerit, si fur deprehensus fuerit, duplum reddito. Sin autem fur non deprehensus fuerit, tum dominus domus ad recuperatores uocatur, ni rem alterius interuert-
rit. Quacūq; in re crimen statuatur, in boue, in asino, in oue, in capra, in ueste, quacūq; res erit amissa, quæ cuius dicatur, causa amborum ad recuperatores defertor: utrum condemnauerint recuperatores, alteri duplum reddito.

Si quis alterius fidei asinū, bouem, ouem, caprā, aut quoduis pecus commiserit, si id nullo uidente fuerit mortuum, aut fractum, aut * abactum, iusiurandum Iouæ interponitur, illum rem alterius ad se non auertisse: eamq; satisfactionem dominus rei accipieto, neq; fiduciarium rem reddito. Quod si ei + furto ablatum fuerit, damnum prestato domino rei. Sin ratum

licet ru-
abactio-
s aut ho-
stibus.
licet do-
mino.

piā a feris
Si quis
Eum aut m-
nūm prestat-
cium et pre-
Si quis ut
ca concubuer-
Si puella
pendit, ut se-
Sagis uiu-
Cyllonig-
Qui dicit se
Iouæ.
Peregrinū
grūi suis in
Videtur n-
ris, cum ad m-
exaudia, iratus
coniuges iudu-
Si cui meo
mutato dede-
ni usuram im-
Si alterius
occasum redd-
cum cuticula
questus fuerit,
Magistratus

ptū a feris fuerit, teste exhibeto, neq; raptū prestato.

Si quis quid ab altero utendū acceperit, et id fra-
ctum aut mortuum fuerit, domino rei absente, da-
mnum prestato. At presente, ne prestato, si conducti-
cium et precio addictum erat.

Si quis uirginem non sponsam pellerit, et cum Raptus
ea concubuerit, eam sibi in matrimonium dotato.

Si puella pater eam locare illi nolet, argentum
pendito, ut fert dos uirginum.

Sagus uiuere ne finitote.

Quicunq; rem habuerit cum bestia, capitale esto.

Qui dijs sacrificauerit, iacraius intereat, nisi uni
Ioue.

Peregrinum ne premito, neue angito, nam pere- Officia erg
inopes.
grini factis in Aegypto.

Viduas nullam, aut pupillum premito. si presse-
ris, cum ad me conuerentur, eorum ego querelas
exaudia, iratusq; ferro uos trucidabo: eruntq; uestrae
coniuges uiduae, et liberi pupilli.

Si cui meorum pauperi tecum uersanti pecunia
mutuato dederis, ne te ei foeneratorem praebeto, ne
si usuram imponito.

Si alterius uestem in pignus acceperis, ante solis
occasum reddito, nam id unum habet operimentum,
cum cuticula amictū, in quo recubet: qui si apud me
questus fuerit, exaudiam, ut sum misericors.

Magistratu ne maledicito.

Officia erg
maiores.

x 2 Ne

ga Deum. Ne eū execrator, qui est in tua natione princeps.
Fruges & liquorem tuum ne auertito.
Primogenitum filiorum tuorum mihi dato. Idem
in bubus & balantibus facito. Septem dies cū matre
sua esto, octauo die id mihi dato.

Cap. 23. Præstatote uos mihi puros homines: & carnem
ruri raptam ne gustatote, sed ad canes projicitote.
Auditionem falsam ne accipito.
Societatem cum impio ne coito, ut sis testis iniu-
rius.

Multitudinem in iuitio ne sequitor: ne cū in lite de
recto in sententiam multitudinis deflectito. Inopi in
lite ne indulgeto.

Si aduersarij tui bouem, asinum uē offenderis er-
rantem, ei reducito. Si inimici tui asinum uideris one-
ri succubuisse, ne ei auxilium denegato, sed opitu-
lator.

Inimici tui ius in lite ne deprauiato.

A re falsa abesto. In fontem & iustum ne interfi-
cito. nam ego iniquum non absoluiam.

scilicet in
lic. Ne ue donum accipito: nam donum cæcat etiam
perspicaces, bonorumq; uirorum orationem per-
uertit.

Peregrinum ne uexato: scitis enim uos quæ sit
mens peregrinorum: ut qui peregrini fueritis in Aeg-
ypto.

liberatum. Sex annos aruum tuum conserito, eiusq; pro-
uenturæ

uentum per
toq; ad ciba

(si quid illis
in uinea oliu

Sex diebu

tor: ut requi

tus ancilla t

Omnia q

Nominis

pato, ne ue in

Tribus ter

malia seruato

(ut præcepi

in eo emigra

apparento. It

ris tui, quas in

ami, ubi tuas

tannis omnes

stuntor.

Cum me a

fundes, ferme

Mei festi a

Principium p

loue tui in fer

Horolum in

uentum percipito. at septimo intermittito, remitti-
toq; ad cibatum egenorum popularium tuorum, &
(si quid illis superfuert) bestiarum terrestriu. Idem
in uinea oliueto facito.

Sex diebus opus tuum patrato: at septimo feria-
tor: ut requiescat bos tuus, asinusq;: utq; respiret na-
tus ancilla tua, peregrinusq;.

Omnia quaecunq; dixi uobis, seruatote.

Nominis alienorum deorum memoriam ne usur-
pato, ne ue in ore habeto.

Tribus temporibus in anno mihi festa agito. Festi dies.
malia seruato, per que septem dies azymis uesceris
(ut praecepi tibi) statuto tempore mensis uerni, quia
in eo emigrasti ex Aegypto: ergo coram me uacui ne
apparento. Item messalia primitiuarum frugum ope-
ris tui, quas in agro seueris. Item conditalia in exitu
anni, ubi tuas fruges ex agris condideris. Ter quo-
tannis omnes tui mares in conspectum Domini Iouae
sistuntor.

Cum mea uictime sanguinem, eam maciando, ef-
fundes, fermentum ne habeto.

Mei festi adeps in posterum diem ne pernoctato.
Principium primitiuarum frugum tui fundi in aedem
Iouae tui inferto.

Haec dum in sanguine matris suae ne coquito.

F I N I S.

x 3